



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliæ Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.  
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ  
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.  
Prædicatorum**

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.**

§.5. Tantæ dignitatis sacrificium requirit vt eius oblationi dedicatus, eminentis sit quoque dignitatis, & hanc Christus tribuit Sacerdotibus, vt velut ministri sui ab alijs honorentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)

Missarum quae quotidie offeruntur in Ecclesia: quae loquidem semper mane Deo offerendo omnia sacra quae illo die per totam celebrantur Ecclesiam, ea tibi possint prodesse, cum illis omnibus profuit, qui illa Deo oblati sunt. Et quamvis viuis maximo sint commodo: non idcirco tamen eorum valore meritisque defuncti privantur: *Memento etiam Domine, famulorum famularumque tuarum, qui nos procelleris cum signo fidei, & dormimus in somno pacis: quia pro omnibus est institutum factum, omnibusque prodest.*

XII. Quid sit Missa.

Hoc igitur Missa est, sacrificium infiniti valoris Deo oblatum ad ejus gloriam, & honorem Beatissimae Mariae & omnium Sanctorum, ad salutem fidelium vivorum ac defunctorum in purgatorio: quo si multis graveatur debitis, ipso solo pro multis Deo satisfacimus: estque sacrificium quo pro omnibus soluitur: ita ut si ex nobis ipsis sumus adeo pauperes, ut impossibile sit Deo pro tot debitis satisfacere: huius valore sacrificij ita divites nos Christus reddidit, ut pro omnibus possimus integre satisfacere: sic asserit

1. Cor. 1.5

*In omnibus divites facti estis in illo.* Nam in illo vos tantis replevit divitijs, ut pro cunctis Deo debitis possitis valore huius sacrificij Missae satisfacere. Haec consideratione audiendum tibi est sacrum, ut ex eo fructum referas uberiorum.

*§. 5. Tanta dignitatis sacrificium requirit ut eius oblationi dedicatus, eminentis sit quoque dignitatis, & hanc Christus tribuit Sacerdotibus, ut velut ministri sui ab alijs honorentur.*

15

**L**utherus haerese haec maledictum in Ecclesia errorem suscitavit, ab ea dignitatem tollens Sacerdotij, docensque nullam in ea esse spirituales institutionem, nec caput visibile, ex quo Sacerdotium ad eius ministros derivaretur: unde inique censuit omnes esse aequales, omnesque Sacerdotes, ac cuilibet licitum esse per se consecrare & offerre verum Deo sacrificium. Verumtamen manifeste refutatur sacrilega haec opinio ex ipsa huius SS. Sacrificij dignitate: si namque ut offeratur necesse sit, locum in quo sacrificium celebratur, esse Deo singulari sanctificationis genere consecratum: indubie multo digniore potest sanctitate & con-

1. Non omnes sunt Sacerdotes.

secratione ille qui hoc ipsum est consecratur & oblatorum Plures expendunt rationes pro huius veritatis confirmatione SS. Doctores: pro hoc nobis modo sufficere quam adducit D. Paul Ecclesiam vocat domum Dei: hinc enim colligimus qualiter in ea sit eminentissima dignitas Sacerdotij. Litteras dicit discipulo suo Timothy, doceatque modum ab eo servandam conversationis in Ecclesia Dei: hoc autem et scribit, ut eum ad vitam moneat sanctimoniam, a mirum ut attendat Ecclesiam esse domum Dei: *Hac tibi scribo, ut scias quomodo te oportet conversari in domo Dei, quae est Ecclesia Dei viva.* Dicitur *Domus Dei*, declarans eminentem eius dignitatem ex magnitudine beneficii, quo illam afficit, dum eam sibi eligit, ut in ea velut in proprio domo mansionem faceret.

Extollit Spiritus S. immetensam Dei magnificentiam erga hominem: nec enim illi satis fore homini creare hanc mundi civitatem latam adeo formosam ac magnam, insuper & ipse venire dignatus est in ea moraturus, domumque suam edificaturus, ut hominibus cohabitaret. Primo dicit qualiter Sapientia divina ingentem hanc condiderit machinam: *Domus populi in initio virtutum suarum, antequam quidquam faceret a principio.* Caelos creatis stellis rutilos, tellurem arboribus ac fontibus fecundam, montes altitudine suspendit, aquas piscibus replevit, aera nubibus obumbravit. Et quia haec omnia eo spectabant, ut cum hominibus habitaret: *Deliciae meae esse cum filijs hominum:* decrevit in hac civitate sibi domum edificare ut propriam, & in qua singulariter habitaret: *Sapientia edificavit sibi domum.* Quis hanc? Equam dicit Apoll. *Domus Dei quae est Ecclesia Dei viva.* Ecclesia Catholica, domus firmiter edificata & qualiter in eam Deus ingressus est? *Delur in domum sibi propriam.* In antiqua illa Ecclesia, velut domo in qua Deus cum hominibus habitabat, aedonum stavit Moyses: *Qui stans in tota domo eius: et nunc in nova Ecclesia quam erexit, collocat ut caput principale Christum Dominum: Quis domus sumus nos: ita ut sit quasi Dei palatium. Quid mihi dederis palatium, cui non praesidet teonomus vel caput eius director? Et quod omnia essent aequales? Haec esset domus inordinata non ferenda, locusque stultorum: talem ne dixeris esse S. Ecclesiam, sed ab vno gubernatam capite Christo Domino, a quo dimanat omne Sacerdotium: Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech: ad reliquos*





Can. 6.  
IV.  
In ea no  
nnet  
luc z  
quales

V.  
Sacerdotii  
& Sacer  
dotium  
pari pe  
proleu.

VI.

Reis. 14.

VI.  
Oziar  
ne lepra  
peccatus.

2. Paral.  
26.

Sacerdos constitutus in Ecclesia. De illa sic loquitur Spiritus S. *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* In exercitu non omnes sunt aequales, praestitit Dux generalis, qui universali potestate cunctis imperat, sunt alij inferiores, alij vexilliferi, qui signa explicant, & in altum attollunt, alij qui notas insunt, a ij qui tubis personant, alij certaminibus expositi, ita ut omnes non sint aequales. Ita ergo est in S. Ecclesia. Non omnes aequales sunt, ordo viget superiorum qui regimini habeas moderantur, & inferiorum qui praecipis obtemperant: porro potissimum in ea floret Sacerdotium tanta dignitatis, quanta est ea, qua minister indiget tali sacrificio deputatus, quale est illud quod in ea consecratur: etenim ut praefati sumus, semper pari pede progrediuntur Sacerdotium, lex & sacrificium: si lex igitur excellens adeo fuerit quam Christus fundavit & publicavit, nempe lex gratiae ceteris omnibus legibus dignitate multo praestantior: si sacrificium eius tale fuerit, quale nullum sublimius, si c. Missae: quis nisi mentis imponit negabit Sacerdotij dignitatem esse debere praestantissimam? Si Christus novam praescribat legem, vel novum instituat sacrificium, numquid omnes consecrantur novis instituendis Sacerdotes qui dignitate praefubeant condigna sacrificio?

Et ita est iuxta declarationem D. Pauli, qui postquam scripsisset qualiter Sacerdotes constituerentur qui dona & sacrificia Deo nostro offerant in remissionem peccatorum populi, subiungit quod haec eorum oblatio spectet tantum ad Sacerdotes dignitate & honore ceteris eminentes. *Nec quisquam sumpsit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron,* ad tam sublime ministerium. Ut opinor meminit Apostolus illius casus, quem refert Spiritus S. de Oziar, qui cum lepra Sacerdos non existens dignitatem & officium assumens praesumpsit adolendi. Deo incensum: ut autem Sacerdos Azarias alijque octoginta Sacerdotes notant non tolerandam hanc Regitatem, ausumque sacrilegum: *Viri fortissimi prostrant in medium eius reprehendunt praesumptionem, ac declarant Regi illicitam dignitatem munusque sibi vendicare Sacerdotum: Hoc solum est munus Sacerdotum offerre Deo sacrificium: Hoc est filiorum Aaron, qui in hoc consecrati sunt & cum nihil vestitus reprehensionem oblationem prosequeretur sacrificij, severo admodum & publice perfundens, ut tanto supplicium, in fronte lepra perfundens, ut tanto supplicium eua omnibus pateret manifestius. *Nec**

*quisquam sibi sumpsit honorem.*

Ita definit Concilium Nicenum, Arelatense VII. primum, florentinum & Tridentinum, quod cae. Ad Sacerdotii imbutus spiritu coecum D. Thom. sic sacrosancti officium istud instituit, cuius officium committi voluit guntur solis presbyteris. Et quod declaratur in consecratione Sacerdotum. *Qui vocatur a Deo tanquam res.* Aaron, illum etenim eligit Deus mandatque ut vivatur & consecratur, auctoritatem illi conferens Sacerdotale. Hoc idem spectatur in nouae legis Sacerdotibus: primo manus nobis oleo sancto vnguntur: nam licet Lutherani fingant hanc esse inventionem Papae S. Syluestri. *Inuenit Syluestri*, error tamen est manifestus: etenim semper Ecclesia a temporibus Apostolorum Sacerdotes hac vinctiois ceremonia consecravit. Et ita Pontifex S. Clemens secundus Petri successor praescripsit ut Pontifex, Episcopus & Sacerdos oleo sancto vngerentur. *Pontificem omnem sacro Chrismate perunctum esse.* Similiter Papa Anaclethus tertius Petri successor fatetur se accepisse per traditorem hereditariam ab Apostolo Petro ut Episcopi in consecratione sua vngerentur incipiendi a capite; quod confirmat Innocentius 3. ne ita restante F. Petro Soto.

Vnguntur ergo Chrismate & oleo sancto quos nouerimus nostri muneris esse, Sacerdotes esse Et oleo blandos mites, benignos, pacificos & misericordes: dum enim nos inungunt non gladium nobis tradunt, non pugionem, non thoraces aereos, qui ratio poenas veltas ac calamitates repercutiant, sed mystica menses nos statuunt, ut dum peccator accesserit gravioribus ac innumerandis execrandis sceleribus: si offensus in Deum grauitas in nobis feruentem prouocet zelum diuini honoris, ne acclus sit Phineas, nec gladius enaginemus, qui laedere possit eorum aliquem qui ad nos pro remedio confugiunt, necessitate pressi, in quam eos adegerunt propria peccata, sed mouent blandos nos esse ac benignos ad exemplum illius agni mansuetissimi Christi Domini nostri: nos etenim illa voce ad hoc exhortatur: *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde.* Et similiter dispersit discipulos suos eosque per mendum amandans, cuique suam assignans Prouinciam, ut eam doctrina sua & praedicatione ad fidem conuerteret, hanc illis seruandam vnicommodauit benignitatem animique mansuetudinem: *Ecc. Matt. 20. ego mitto vos sicut oves, sicut agnos: vobis oves 16. mansuetudine, & agni benignitate, praecipit illis, ut officio fungatur praedicatorum, ut eam omnibus ostendant, omniaque pia recipiant benignitate.*

L b 3





17 Ne autem significetur quod hæc auctoritas quam habet cum dignitate Sacerdotali, non sit aliquid ad quod quis possit seipsum promovere, sed potestas hæc offerendi sacrificium in Ecclesia, sit auctoritas quam illi tribuit Deus per ministerium Episcopi illum imitantis: postquam in sacro chrismate unctus est, atque per hoc commendata est illi supra modum benignitas, pietas, & misericordia: sic illi loquitur Episcopus. *Accipite potestatem offerendi sacrificium Deo, tam pro vobis, quam pro defunctis in Ecclesia sancta Dei.* Quid significat: *Accipite potestatem*? Hoc quod nos Apost. *Nec quisquam sumit sibi honorem.* Nec enim ea est auctoritas quam nobis licet assumere: tanta namque est, ut eam ipse solus Deus concedat: ad tam excellens quippe ministerium accedere est ut ad Deo descendat quatenus eius eminentiæ dignitas & auctoritas respondeat quæ nobis ad hoc tribuitur: nam solis nobis incumbit ipsæ consecratis Sacerdotibus omnibus his mysticis ceremonijs supremum adeo effere sacrificium: quia solis nobis hæc traditur potestas, & per eam potestate gaudent legendi Missam, & consecrandi atque Deo offerendi divinum hoc sacrificium SS. Sacramenti.

IX. Hæc auctoritas a Deo provenit.

X. Episcopi Sacerdotes alios consecrant.

Hoc luce clarius constat ex facto Christi cum SS. Apostolis in nocte Cænz, in qua maximus ille Sacerdos Christus Dominus: *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*: celebravit primam missam, utque illam ipsi etiam offerat, prius illos ordinavit Sacerdotes & Episcopos: *Hoc facite in meâ commemoratione*, quibus verbis illis auctoritatem concessit offerendi divinum hoc sacrificium, ut abas diximus, illud facite, significare hæc offert: plenam illis offerendi potestatem tradens. Vbi notandum quod sicut in principio mundi Deus arbores creavit fructibus suis, & seminibus fecundas: *Cujus semen sit in semetipso*: ut ex inde aliz provenirent eiusdem virtutis, quæ tales proferrent fructus, eiusdem qualitatibus ac speciei, sic etiam Christus in exordio Ecclesie lux novum insinans Missæ sacrificium in institutione SS. Sacramenti, plantavit: velut perfectas arbores Apostolos sanctosque Sacerdotes, quatenus ea virtute quam illis ita præstante communicavit possent & alios creare Sacerdotes non minoris dignitatis & auctoritatis, & Episcopos qui valeant alios consecrare. Hæc fuerunt primitiæ quas Christus summus Sacerdos celebravit: Secundam vero missam celebravit in ara Crucis, ubi seipsum obtulit, vitam suam æterno Patri tradens pro vita & salute omnium hominum, velut in satisfactionem debitorum quæ per peccata commiseramus.

Post primam Missam celebratam in Ecclesia, opinor alteram celebrasse D. Petrum, pro cuius confirmatione dixerunt Hugo de S. Victore & D. Antoninus quod D. Petrus primam celebraverit Antiochiæ, & D. Ioannes in Antiochia hoc intelligendum de Missa Pontificali, eorum iugum in Ecclesijs suis celebravit: nam si sermo sit de Missa absolute, ut certum habeo illam celebraverunt Apostoli, cum primum super illos descendit Spiritus S. ex quo illud intelligimus quod D. Lucas scribit in Actibus Apostolorum: *Erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & communione fractionis panis, & orationibus*: etiam sciendum sensum literalem loquitur de SS. Sacramento: cuncti namque conveniebant in templum ad S. Communionem: & manifestum est quod si SS. sumebatur Sacramentum & communicabatur, hoc esset consecratum, & si consecratur & comederatur, sacrificium fuit. Quinimo eodem sensu intelligi potest illud. *Ministrantibus illis Dominus & servantibus*: quo declaratur, quod mittendi ad prædicationem D. Paulus & Barnabas, prius communicarent, & offerrent sacrificium, ac Missam celebrarent: ut ita eorum prædicationi fructum referret vberiter: hoc est, *Ministrare Domino*: etiam ad negotia ardua, tantique ponderis, quale illud erat, missam Apostolorum, Missæ sacrificium præminerebat. Sic sentit Proculus Episcopus Constantinopol. discipulus D. Ioan. Chrylosi. & qui per rivam sanctorum D. Paulum D. Chrylosi sermo sensum explicationem suarum Epistolatum, ut scribit Nicephorus Calix. & Historia Tripartita. Idem aduertit D. Gregorius, qui omnes singulariter adnotavit Apostolos in exortio Ecclesie celebrasse Missam, & incepisse ab oratione Dominica Patres nostræ, & verbis consecrationis, quando panem consecrabant, quo peracto Missæ finem imponebant licet postmodum Sacerdotes ordinati fuerint, Missa disposita, & eius constituta celebratio particularibus ornata circumstantijs, ad maiorem eius venerationem, cultumque dignorem.

Et quamvis in initio pauci essent Sacerdotes, cum tantum illi essent Episcopi: *In qua spiravit S. vos posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei*: postmodum crevit eorum numerus, multi que consecrati sunt Sacerdotes, ut cum potestate & auctoritate spirituali Sacerdotij quod eorum imponitur animæ, eam etiam habeant, ad offerendum tam venerabile sacrificium. Vnde plures sunt Sacerdotes.

XV  
4



cerdotes, vt in omnibus locis in quibus templa  
ferent erecta, & in omnibus temporibus effute  
offerri possent. In omni loco offeratur oblatio mun-  
da: cuius vberitatem nobis exponit Vates loel.  
Jul. 24. *Arca vestra replebitur frumento: iam enim of-  
fert: hoc sacrificium in omni loco vbi in vero  
templo colitur & adoratur SS. Dei nomen, in  
multis Prouincijs, in multis ciuitatibus, in multis  
locis, in multis Ecclesijs, in multis Altaribus, ar-  
que in illis saepe numero ita vt iam mea senten-  
tiae terrae nostrae habitatorum arca redundent  
inico, pane consecrato & caelesti, ex quo in  
Missis Deo verum litatur sacrificium ministerio  
Sacerdotum ad hoc consecratorum: illis etenim  
solis incumbit sacrificare. Res quisquam sumi si-  
bi honorem. Quia ratio exigit vt sit minister su-  
prema p. illius auctoritate & eminentissima prae-  
fulgens dignitate cui oblatio commendatur su-  
premi ac eminentissimi sacrificij, qua e in Altari  
Deo sub Missa dedicatur: & hanc nemo sibi prae-  
sumit arrogare, sed eam tantummodo habet, cui  
Deus illam tribuit per Episcopum a quo conse-  
cratur & ordinatur ad huius sacrificij ritum. ob-  
lationem: eum enim sit omnium supremum, ex-  
pedi, vt summa sit ea dignitas, qua praefulgere  
debet is, qui illud ex proprio munere offert, eo-  
que sine consecratur.*

§. 6. In Iustis Christus Sacerdotes ad  
Missae sacrificium offerendum conse-  
cratos, & medys illis hoc idem nos om-  
nes offerimus.

18 **E**X praedicti oritur mihi difficultas, quali-  
ter felix Sacerdotibus conueniat hoc Deo  
offerte sacrificium, si prout praefati sumus,  
possimus omnes quotide offerre in Ecclesia, no-  
bique applicare quotquot sacra celebrantur: Prae-  
terea liquet omnes fideles coadunatos hoc of-  
ferre sacrificium, quia communis omnibus est &  
vniuersalis eius fructus, quem confert. Deinde  
quod summum est doctrina sentit Catholica,  
offerenda, quae ne oratione ad Deum posse accedere, il-  
lique precei suis calamitatibus congruas offer-  
retentum omnes hortatur David: *Accedite ad  
eum & illuminamini, & facies vestra non confun-  
dentur.* Cui inhaerens Apostolus omnes monet:  
Rik. 4. 16. *Adhaeramus cum fiducia ad thronum gratiae, vt mise-  
ricordiam inueniamus.* His respondo, sic esse ac-  
litate esse singulis Deo Missae sacrificium offer-  
re, & omnes nos illud litare, imo quemque posse

in illo & per illud praesentare Deo preces suas:  
sed haec omnia sunt mediante Sacerdote, qui  
officio fungitur sequestri inter Deum & popu-  
lum, & ipse omnium nomine potissimum prae-  
sentet orationes votaque hominum.

In quem finem vt docent D Aug. & D. Tho. Lib. 10. de  
in omni tempore, & omni lege semper necessa-  
rii fuerunt Sacerdotes ad quos spectaret seque-  
stros esse inter Deum & populum, qui us me-  
diantibus illi sacra sua & orationes offerrentur.  
frequentissimum est in Prouincijs, Ciuitatibus,  
Communitatibus ac Regnis Regibus suis dona  
praesentare, partim in recognitionem supremae  
potestatis, partim vt ab illis fauores, & gratiae te-  
terantur. in confesso est munus illud Regi dedi-  
catum a Republica vel Communicate non om-  
nium consignari manibus: nec enim omnes ad  
Reg. deferunt, sed vnus ex ipsis eligitur, ceteris  
prudencia reuerentia & annis praesentior, vel  
fortes inter omnes mittuntur, vt cuiuscumque ob-  
nenerit, ipse vnus Regi deferat omnium no-  
mine dedicandum. Hic illud is deferret trahi-  
que illi manibus: & quantum non negemus ipsum  
solum esse qui hoc deferret, porro in ipso omnes  
Reipublicae ciues hoc Regi consecrant, licet non  
proprijs manibus, sed per Syndicum ad hoc ab  
ipsis deputatum: & quamuis illud Rex ab illius  
accipit manibus, tamen velut omnium munus  
illud gratum habet, recognoscit, & acceptat.

Patuit hoc in potentissimo illo Rege Salomo-  
ne, cui in profectionem eminentissimae illius Co. fir-  
potestatis ac dignitatis, qua super omnia terrae  
regna Rex imperabat omnes munera deferrebat  
& maxime & praestantissima: *Singuli deferrebat  
mune a Salomoni: illum etenim vt omnis terrae  
Dominum fatebantur & reuerentur: Constat 1. Paral.  
autem euidenter non omnes homines accessisse  
Salomonem, susque manibus munera ei detu-  
lisse, quibus illum honorabant, sed ex omnibus  
Prouincijs ac Regnis nonnulli eligebantur qui  
illa deferrent, & dato quod ipsi suis ea manibus  
traderent, omnes tamen ea Salomoni dedica-  
bant, & quasi ab omnibus ac singulari oblata ea  
Salomon magni faciebat, gratoque suscipiebat  
aunio. Ita se res nostra habet. Nemo dubitat*

quin omnes Deo munus hoc sacrificij Missae of-  
feramus, atque omnium nomine ac totius Ec-  
clesiae illi dedicetur: porro omnes oportet per se, non om-  
nium illud offerant, grauem enim hoc pareret confu-  
sionem, imo vile quid censetur, si factor, si su-  
manibus tor, si textor hoc illi deferret, vt impie docet sa-  
cilegus Lusherus, constitutus ministerium ter-  
dum.

Lib. 10. de  
Cruic. c. 4.  
& segg.  
2. 1. q. 85.  
& 3. p. 7.  
2. 1. a. 1. &  
2.

II.  
Sic in  
omni le-  
ge factu

III.  
Similiu-  
do.

IV.  
Co. fir-  
matur.

3. Reg. 10.  
25.  
1. Paral.  
2. 24.

V.  
sacrificij

